

E P I S T O L A

*micus, an'non pariter ijdem Chymici fu-
 erint? quod nulla tamen veritatis species
 unquam persuadebit. Theophrastus ergo
 ex bono Chymico malus euasit Medicus,
 quando deserta statione, mentis inops, in
 Medicorum castra, præter officium munusq;
 proprium, improuidè irrupit. Id omnibus ijs
 contingit, qui, quæ vnius artis vel scientiæ
 propria sunt, aliò traducunt. Incumbit uni-
 cuiq; suum officium, quod si neglexerit, & a-
 liena tractare aggressus fuerit, naturæ ordi-
 ni & constitutioni vim infert manifestum,
 perplexis erroribus se implicat, confusionis
 nubem benè constitutis disciplinis offundit,
 vt ferendus non sit, & intra suæ vocationis
 cancellos postliminiò compellendus. Vt ergo
 tandem generali conclusione vniuersum ne-
 gotium definiamus, physica principia, & me-
 dica theoremata, nequaquam Chymiciæ pro-
 pria censenda sunt, sed suis disciplinis singu-
 la relinquenda. Sin Chymicus illorum ex-
 plorandorum sibi quoq; indultam licentiam
 existimet: meminerit eam, non Chymico,
 sed Physico & Medico concessam esse: quodq;
 inde vel laudis natum fuerit, vel vituperij,
 Chymiam propriè nil attinere. Hæc vobis-
 cum, Clarissimi Viri, quos ardui negotij, mi-
 nimeq;*